consissio exere Et si alii homi-
nes qui comitatem seu fraterni-
tatem habent in comestibilibus
Consilii vel Civitatis quomis-
sum seu hos opportet emendare
secundum Jus et Edictum Civitatis
et non possunt ultra aliqua come-
stibilia vendere nec gmitatem
habere seu acquirere absque con-
sensu Consilii et Civitatis

De iniustis mensuris

3 Si metrete et alie mensure
prave seu iniuste fuerint et
iniuste pense quod Consules
bene agere possunt secundum hono
rem Civitatis aut in xxx so
lidis emendare etc

De tribus Judiciis pro vincialibus advocati

4 Ille supremus Judex qui Advocatus
burgi Judicio presidet est hoc. Ca
stellanus qui sedet tria iudi-
cia provincialia in anno
unum Judicium in anno in die
sancte Agathe Secundum in festo
., et pauli sanctorum Johannis 3m in octa
beati Martini si ceciderit et
evenit aliquod homi Judiciorum
ad diem celebrem aut feriatum
Extunc amisit suum Judicium Et si
Scultetus aut solus Castellanus
ad Judicium non prevenit quam
Scultetus Castellano primam
finam debet invenire Et si scul
tetus non venit ad Castellanum
Extunc x talenta demeret
nisi legale impedimentum im
pedierit quod probare potuerit
ut Jus dictavit Quicquid
cum aliis causis secundum seu quomis
su fuerit xiiij diebus ante
suum Judicium hoc Castellanus
debet admonere et nemo alius

De Judicio Burgbin

Stuprum et obsidia
et incendia domiciliorum iu-
dicat Castellanus et nullus
alius Sed si Castellanus presens
esse non potest Extunc Cives
unum eligunt Judicem loco
Castellani pro excessu ma-
nifesto Castellani pena et
recompensa que acquisita fue
rit in Judicio banito debet sol
vi per sex Ebdomadas pena
Castellani tria talenta pe
na Sculteti viij solidi etc